



Pullatos Fasces Viri Magnifici Atque Excellentissimi Domini Joh.
Friderici Falckneri, Jcti ... Elect. Saxon. Consilarii, Scabinatus
Adessoris, Et Consulis Lipsiensis Meritissimi Die 26. Jan. Anno 1703.
Venerabatur Joachim Gotthart Rabneer

Leipzig


Rabener, Joachim Gotthart

LP R 4° II, 00003 (06,22)

https://dhb.thulb.uni-jena.de/receive/ufb_cbu_00006645


urn:nbn:de:urmel-109810bf-3c37-4bdf-bcab-69e39c812d804-00005941-11

Lizenz: <https://creativecommons.org/publicdomain/mark/1.0/>



PULLATOS FASCES
VIRI
MAGNIFICI ATQUE EXCELLENTISSIMI
DOMINI
JOH. FRIDERICI
FALCKNERI,
JCTI.
HÆREDITARII IN BRAUS-
VVIG ET GESTEVVITZ,
COMITIS PALATINI
CÆSAREI,
REG. MAJ. POLON. ET ELECT. SAXON,
CONSILIARII,
SCABINATUS ADSESSORIS,
ET
CONSULIS LIPSIENSIS MERITISSIMI
DIE 26. JAN. ANNO 1703.
VENERABATUR
JOACHIM GOTTHART RABNEER.

LITERIS ZSCHAUIANIS.



urn:nbn:de:urmel-109810bf-3c37-4bdf-bcab-69e39c812d804-00005941-22



Fortunatam, natam me consule Romam!
Dicitur Arpinas accinuisse suis,
Fas fuat exemplis in parvo grandibus uti,
Fas fuat, ad Trojam ponere rus Ithaci,
Lipfia sit tanti, quanti fuit incluta Roma,
Lipfia, quæ Senonum Theutoniæque decus,
Dum Falckneriadæ conduntur funera acerba,
Hæc eadem liceat dicere verba mihi.
Publica res quoties subitam minitata ruinam,
Suppositis humeris hoc ab Atlante stetit?
Omnia cum pessum ferri, lapsuraque pessum
Fulcra viderentur, nunc rediviva vigent,
Pulvere quæ turpi quondam jacuere sepulta,
Undique nunc radiant templa nitore novo,
Quæis quondam infelix lolium pallensque cicuta
Hæserat, è cælo semina missa ferunt.
Vidimus & Luxum lorum jam ferre luposque,
Vidimus & Fastum jam subiisse jugum,
Qui nunc (namque fatebor enim) sua frena remordent,
Sessoresque suos deposuisse volunt.

Quam-

Quamque patent late nunc ergasteria, quondam
 Vix brevibus tectis usibus apta suis?
 Namque supercilio prospectant moenia longe,
 Quæ modo ruricolæ, & pauper agellus erant.
 Consulis hinc liceat fasces distinguere lauru,
 Cum virgisque quiris laureaserta ferant,
 Ast ego pullatos video procedere fasces,
 Defluxit laurus deciduumque decus,
 Ferali fasces horrent tristisque cupressu,
 Quam cito lauretum degenerare potest?
 Ilicet! ad plures abiit Falcknerus, & orbam
 Urbem relinquit cum patribus patriæ,
 Ilicet! ipsa Themis pullato firmate funus
 Consequitur spectans ore gemente rogos,
 Ilicet! ipsa suum testatur Curia luctum,
 Nilque piis urnis illacrumasse pudet,
 Ilicet! æra suum longe Campana dolorem
 Murmuribus raucis testificata stupent,
 Et mea Musa stupet passos hirluta capillos,
 Sordida quæ palla sordidiore gemit,
 Namque peregrinis quando primum advena terris
 Transtulit hucce lares, transtulit hucce domos,
 Cernua reptabat nimium paupercula, gressu
 Incerto titubans prospiciebat humum,
 Hic me sublimes ad sidera tollere vultus
 Hortatus, tremulos fulciit ipse gradus,
 Nunc adeo nostrum est, sacras venerariet umbras,
 Pullatos fasces nunc coluisse decet.

